

Ed.: ESPÍN RAEL, J., «De la conquista y repartimientos de tierras a los conquistadores y pobladores de Lorca», *Anales del Centro de Cultura Valenciana* (Valencia, 1957), p.12.

- 47 -

1330-1338

Libro de Repartimiento de tierras de Lorca, efectuado por orden del concejo y de don Juan Manuel en varias fases, entre 1330 y 1338.

Copia en papel (c. 1383). 249 fols. Letra precortesana. Enc. pergamino.

B: Libro del Repartimiento 1374-1376.

C: Traslado en el Libro de copias de los repartimientos de 1549, fols. 12r-71.

Ed.: TORRES FONTES, J., *Repartimiento de Lorca. Estudio y edición*, Murcia, 1994, 11-46.

Cit.: CÁNOVAS COBEÑO, F., *Historia de la ciudad de Lorca*, Lorca, 1890, p. 187.

- 48 -

1336, abril, 24. Tarragona

Arnaldo [Cescomes], arzobispo de Tarragona, y sus obispos sufragáneos, otorgan, a petición del concejo de Lorca, 40 días de indulgencia a los que proporcionen limosnas, armas y dinero para la defensa de Lorca y de la frontera, ante la amenaza de invasión de los benimerines.

Rescripto. Traslado en Tarragona, 8 mayo 1336. Pergamino, 555 + 95 x 780 mm. Conserva la cinta roja y amarilla. Falta el sello. Letra gótica aragonesa.

B: Planero, Pergamino 38.

Ed.: CÁNOVAS COBEÑO, F., *Historia de la ciudad de Lorca*, Lorca, 1890, p. 234-236 (incompleto).

Reg.: MUÑOZ CLARES, M., «El castillo de Lorca», *Clavis*, 3 (Lorca, 2003), p. 15.

Hoc est translatum bene et fideliter factum, octavo idus madii, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto, suptum a quodam privilegio in pregameno scripto, cum septem sigillis appendiciis cum cordis serici regalis cere rubeae sigillato, scilicet: cum sigillis Arnaldi, miseratione divina sancte tarrachonensis ecclesie archiepiscopi; Raymundi, valentini; Berengarii dertusensis; Ferrari, illerdensis; fra-

tris Ferrarii, Barchinonensis; Geraldus, vicensis et Arnaldus, gerundensis episcoporum, cuius tenor privilegii sequitur, sub hac forma:

Arnaldus, miseracione divina sancte tarrachonensis ecclesie archiepiscopus, universis Christi fidelibus per tarrachonensem civitatem, diocesis ac provinciam, et nos, Raymundus valentinus, Berengarius dertuserti, Ferrarius illerdensis, frater Ferrarius barchinonensis, Geraldus vicensis et Arnaldus gerundensis episcopi. Universis et singulis Christi fidelibus per cuiuslibet nostrum diocesis constitutis ad quos presentes pervenerint, salutem in Domino et bonis operibus abundare.

Ad ea que ad exaltacionem fidei christiane et deffensionem eiusdem et christianorum certantium pro eadem cedere dinoscuntur, tanto vos libentius invitare curamus quanto ad ea exercenda vos esse credimus promptiores. Hic est quod cum relatione nobis facta, tam per literas consilii de Lorcha quam per relationem nuntiorum ad nos et sacrum provinciale concilium tarrachonensem congregatum, propter hoc specialiter missorum, nobis constet quod reges de Benamari et de Granata, cum multitudine sarracenorum, tam militum quam peditum, qui ascendere dicuntur ultra centum milia equitum et sine numero peditum, mente deliberata in manu potenti et forti, ad exaltacionem Zune eorum et nominis maledicti profidi Mafumeti, et ad nostre sancte fidei catholice confussionem intendant se ad expugnandum, invadendum et disipandum regna Castelle et Valencie et christianos in eis degentes totis conatibus preparare, et per consequens cetera loca et regna christianorum. Et ut facilius ingressum habeant ad predicta intendunt invadere manu forti castrum de Lorcha, situatum in confinibus regni Granate, quod est clavis et tutissima predictorum regnorum porta et totius terre domini regis aragonum. Et ad deffendendum dictum castrum et frontariam eiusdem universitati dicti castri in expensis quas facere habent circa excubias, exploratores, milites, muros, barbicanas, turres, arma ac alia circa custodiam dicti castri [et] frontarie necessaria, non supperant facultates nisi vestris et aliorum Christi fidelium adjunctur elemosinis et sucursu prout a dictis literis consilii de Lorcha predicta omnia vidimus laciis contineri sicque fuerit nobis cum instantia supplicatum [.....]] salubri remedio providere, concedendo indulgencias omnibus qui circa deffensionem predicti castri et frontarie eiusdem suas duxint elemosinas largiendas.

Nos, supplicatione huius modi benigne admisse, universitatem vestram requerimus in Domino et ortamur ac vobis et cuilibet vestrum in remissione vestrorum peccaminum, quilibet in sua diocesi constitutis dicimus iniungentes quatinus ad animum revocamus quantum vituperium quantum scandalum et periculum fides catholica pateretur si per potentiam quod Deus avertat sarracenorum fidei nostre inimicorum dictum castrum et frontaria invaderentur, caperentur seu destruerentur, propter quam invasionem ceteris locis et terris christianorum non modicum periculum pararetur, de bonis ad eo vobis collatis pias elemosinas et grata karitatis subsidia pro deffensione dicti castri et frontarie per latores presentium misericorditer erogetis, ut per subvencionem vestram universitati dicti castri et frontarie in armis, equis,

peccunia at aliis necessariis salubriter succurratur. Et nos, per hec et alia bona que inspirante Domino feceritis ad eterne felicitatis gaudia mereamini pervenire, vobis autem rectoribus ecclesiarum civitatis diocesis et provincie predictarum vel vestrum loca tenentibus quilibet nostrum suis subditis, dicimus et sub excommunicationis pena mandamus, quatinus predictam necessitatem periculum et scandalum ac vituperium sive dampnum et presentes nostras indulgencias populis vobis commissis diebus singulis dominicis et festivis in vestris ecclesiis cum diligencia exponatis, ipsosque sollicitis exortacionibus inducatis ad bene faciendum operi tam necessario et periculoso. Et nichominus eligatis in dictis ecclesiis unum vel duos de parrochianis vestris quos ad hoc idoneos inveneritis qui prefatas elemosinas colligant e conservent et ipsas fideliter tradant procuratoribus antedictis, non obstantibus quibuscumque questoris sive questis quibus omnibus presentem questum cum fiat pro negotio tam periculoso et pro deffensione fidei ut edictum volumus anteferri.

Nos vero et quilibet nostrum, scilicet, nos dicti archiepiscopus in civitate, diocesis et provincia Tarrachonensis, et nos episcopi supradicti in nostris diocesibus, ut Christi fideles ad predicta facilius inducantur omnibus vere penitentibus et confessis qui per exaltacionem fidei prefati universitati dicti castri arma, peccuniam vel quicumque alia pro deffensiones dicte terre vel alias suas elemosinas duxerint transmittendas de domini nostri Jhesum Christi misericordia et beatissime ac gloriosissime semper virginis Marie genitricis eius, beatorum quoque Petri et Pauli apostolorum ac beate Tecele, virginis et martiris Christi meritis confidentes, quadraginta dies de iniunctis sibi legitime penitenciis per gratiam Sancti Spiritus misericorditer releamus. Presentibus per quinquenium continuum durare volumus tantummodo et non ultra.

Datum Tarrachone, sub nostris sigillis appendiciis, nono kalendas maii, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto.

Sig (*signo*) num Bernardi Aquilonis, auctoritate regia notari publici per totam terram e dominacionem excellentissimi domini regis Aragonis, huius translati testis.

Sig (*signo*) num Bernardi de Luna, auctoritate regia notari publici in totum regnum Valentie, huius translati testis.

Sig (*signo*) num Johannis Ferrarii, auctoritate regia notari publici per totam terram et dominacionem excellentissimi domini regis Aragonum, huius translati testis. Sig (*signo*) num Guillem Maçana, auctoritate regia notarius publici per totum regnum Valentie, huius translati testis.

Sig (*cruz*) num nostri, Berengarii de Monte Salaçio, justitia Castilionis Campi Burriane, qui in presenti translato, viso originali suo, auctoritatem nostram prestamus et decretum nostrum duximus imponendum.

Sig (*signo*) num Bernardi Granyana, auctoritate domini regis Aragonum notari publici per totum regnum Valentie et terre Castilionis Campi Burriane pro venerabili Dominico Granyana, qui presens translatum cum originali suo legitime comprobatum, nil addito nilque remeto quod sensu mutet vel minui intellectum, ad instantiam

nuntiorum loci de Lorcha, scribi feçit, cum raso et emendato in VI linea ubi dicitur «Granate», et in III lina ubi dicitur «Arnaldus», et in VII linea ubi dicitur «rres», et in VIII linea ubi dicitur «instantia?», et auctoritatem dicti justitia de mandato ipsius et sigillum eius cere appendicium scripsit e apposuit, die et anno in prima dicti translati linea contentis.

- 49 -

1338, febrero, 10. Salamanca

Alfonso XI confirma al concejo de Lorca varios privilegios anteriores: la concesión del fuero de Córdoba por Alfonso X; la celebración de una feria anual de 15 días; concesión de los castillos de Puentes y Felí; autorización para comprar heredades de los moros; concesión del castillo de Celda; exención de diezmos y portazgos de sus productos; privilegio de poder protestar los emplazamientos en la Corte en un plazo de 60 días; autorización para sacar mercancías por mar y tierra; autorización para repartir las heredades de los ausentes.

Privilegio rodado. Original. Pergamino 740 + 65 x 600. Deteriorado. Se ha corrido la tinta en la lista de confirmantes, pero no impide la lectura. Falta el sello. Letra de privilegios.
A: Planero. Pergamino 26.

(*Christus, alfa y omega*) En el nonbre de Dios, Padre e Fijo e Spiritu Sancto que son tres personas e un Dios verdadero que bive e regna por siempre jamas, e de la bienaventurada virgen gloriossa sancta Maria, su madre, a quien nos tenemos por sennora e por avogada en todos nuestros (*sic*) et a onrra e a serviçio de todos los sanctos de la corte celestial. Por ende nos catando esto, queremos que sepan por este nuestro privilegio todos los omnes que agora son o seran daqui adelante, como nos, don ALFONSO por la graçia de Dios rey de Castiella, de Toledo, de Leon, de Gallizia, de Sevilla, de Cordova, de Murçia, de Jahen, del Algarbe e sennor de Molina, en uno con la reyna donna MARIA mi muger, et con nuestro fijo el infante don PEDRO primero e heredero, viemos un privilegio rodado del rey don Alffonso, nuestro visavuelo que Dios guarde, escrito en pargamino de cuero e seellado con su seello de plomo, en que se contiene que por que el conçeio de Lorca le pidieron en merçed que les diesse e les otorgasse el fuero e las franquezas que el muy noble rey don Ferrando, su padre, dio e otorgo al conçeio e a los cavalleros e a los moradores de la noble çibdat de Cordova, et que él, por sabor que avia de fazerles merçed, que les otorgó al conçeio de Lorca e a los cavalleros e a los otros omnes pobladores e moradores de la villa e de su termino, a los que entonçe eran e a los que serian dende adelante para siempre, que tovieren y sus mugeres e sus fijos o sus casas mayores pobladas con su companna maior, que ayan conplidamente en todas cosas, el fuero